dicitur הדעת טוב ורע.

Annot. n. pag. 28.

n. Tunc aperti fuerunt amborum oculi, et se nudos esse cognorunt) Haec oculorum apertio longe alium finem sortita est ab eo quem promiserat serpens vers. 5. Nam hinc intellexere quantis per inobedientiam se bonis exuissent, et in quanta mala se induissent: qui nudos se agnoverunt et erubuerunt s. Non solum autem cognoverunt intellectu, sed et oculis corporeis.

Annot tt. pag. 45.

tt. En homo) Ita in Hebr. האדם enim appellativum est propter articulum ה: quod et hic et vers. 24. hominem significat communis generis: ut hominis nomine intelligantur Adamus et Heva. q.d. En homines. Nam et cap. 5. 2. uterque dicitur Adam: et ambobus plurali numero id ipsum praedixerat serpens vers. 5. supra. Quod vero proximo fuit, Adamo et uxori eius, Chaldaeus paraphrastes vertit tantum, Adamo, hoc nomine uxorem eius Hevam intelligens. Ironia autem est. q.d. Iam quoque multo aliter accidit quam cogitabat, quum sapientia et prudentia nobis aequari superbe et ambitiose volebat. Talem accipio ironiam Iob. 8. 19. Vide ecclesiastici 35. 24. in Latino.

Annot rr. pag. 45.

rr Quatenus bonum discernit et malum) In Hebr. הדעת טוב ורע. propter (ob) scientiam boni et mali. Sciendo bonum et malum, Quod sciat bonum et malum. Scilicet s., ironice. Par (pour) ce quil scait discerner entre le bien et le mal, comme nous s. הדעת seu sit infinitivus, seu nomen (utrumque enim esse potest) praefinitum et praescriptum similitudinis scopum ostendit. Atque ob id non dicit hic Moses, Scientia, ut scientes vers. 5. tanquam illud ידעי pro hoc הדעת interpretatur.